# Band II., Nr. 414, Seite 193-194

*Kaiser Friederich (I.) bestätigt dem Kloster Rot seine seit Gründung bestehende Freiheit von jeder Vogteigewalt und die Unterstellung unter kaiserlichen Schutz.*

## Worms, 1179. Januar 22.

(Chr.) In nomine sanctę et individuę trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Si iura ecclesiarum ad bonum earum statum utilia confirmare studeamus, id nobis ad eternę vitę meritum proficere credimus. Notum igitur sit omnibus Christi et imperii fidelibus tam futuris quam presentibus, quod monasterium fratrum in Rhota a suę fundationis principio tali iuris honore fuit institutum et ditatum, quod in bonis eidem monasterio pertinentibus nullus umquam hominum advocatię ius sibi debeat usurpare, set eadem ecclesia absque huiusmodi dominio sub imperiali tuicione secura consistere. Que iusticia, quoniam a diebus antiquis ad nostra usque tempora dinoscitur rationabiliter deducta, et per auctoritatem summorum pontificum et divorum augustorum qui nos predecesserunt, confirmata, nos quoque per nostrę imperatorię dignitatis auctoritatem prefato monasterio eandem iusticiam confirmamus et stabilimus, precipientes et statuentes, quatinus super ipsam domum Rhôta, vel super ecclesias aut villas aut curtes aut homines seu quascumque ecclesię illius possessiones aut pertinentias nemo umquam ius advocatię teneat, sed eadem ecclesia cum omnibus suis pertinentiis ab advocatis libera sub imperatorię defensionis patrocinio quieta et inconcussa omni evo deinceps permaneat. Vt igitur hoc nostrę maiestatis edictum ratum et inconvulsum in omne evum conservetur, presens privilegium inde fecimus conscribi et sigillo nostro communiri, testes quoque annotari, quorum nomina subter scripta sunt; videlicet Vvigmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Arnoldus Treuerensis archiepiscopus. Bertoldus Bremensis archiepiscopus. Cv̊nradus Salzpurgensis archiepiscopus. V̊lricus Halberstadensis episcopus. V̊lricus Spirensis episcopus. Cv̊nradus Vvormatiensis electus. Bertoldus dux de Zaringe. marchio Teodericus de Landesberc et eius fratres comes Fridericus et comes Dedo. Florentius comes Hollandię. comes Heinricus de Dietsa. Cv̊nradus de Bockesperc. V̊lricus de Rehperc. Cv̊nradus pincerna. Arnoldus dapifer de Rŏtenburc. Volcmarus Struzo advocatus Goslariensis. dux Vvelfo. Rv̊dulfus filius palatini. Hartmannus comes de Kircperc et eius frater Otto comes. comes Bertoldus de Berga et eius frater comes V̊lricus.

Ego Gotefridus, imperialis aulę cancellarius, vice Cristiani, Maguntini archiepiscopi et Germanię archicancellarii, recognovi.

Signum domni Friderici, Romanorum imperatoris invictissimi. *(Monogramm.)*[a]

Datum Vvormatię anno dominicę incarnationis MCLXXIX., indictione XII., XI. kalendas Februarii, feliciter. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An grüner Seidenschnur hängt das runde, kaiserliche Majestätssiegel aus Wachs. Die Umschrift, wovon die Anfangsbuchstaben FR fehlen, lautet: FREDERICus. DEI. GRatiA. ROMANORum IMPERATOR. AVGustuS. Das Siegelbild ist wie die übrigen dieses Kaisers.

[a] Steht unten rechts zwischen *Februarii* und den Schlussworten *feliciter Amen*, offensichtlich von derselben Tinte wie diese Worte.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

H 51 U 14

**Editionen:**

Charles Louis Hugo : Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis annales : in duas partes divisi, 2 Bde., Nancy 1734-36, Bd. 1,2, Prob. S. 450. Lünig: Reichsarchiv, Bd. 18, S. 453. MGH DD F I, Teil 3, S. 325 f., Nr. 772; Walter Koch: Die Schrift der Reichskanzlei im 12. Jahrhundert (1125-1190). Untersuchungen zur Diplomatik der Kaiserurkunde, Wien 1979 (Denkschriften der Österreichischen Akademie der Wissenschaften, Philosophisch-Historische Klasse, 134), Abb 80 (Teilfaksimile).

**Regesten:**

Karl Friedrich Stumpf-Brentano: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 4272. Johann Friedrich Böhmer: Regesta Imperii Abt. 4: Lothar III. und ältere Staufer, 1125-1197, Bd. 1,1: Die Regesten des Kaiserreichs unter Lothar III. 1125 (1075) - 1137, neubearb. Von Wolfgang Petke, Köln, Weimar und Wien 1994; Bd. 1,2: Die Regesten des Ka, Bd. 2,3, S. 231, Nr. 2479. Immo Eberl: Regesten zur Geschichte der Grafen von Berg. In: Ulm und Oberschwaben 45/46 (1990) S. 9-102, S. 12, Nr. 17.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Worms

**Ortsindex:**

Berg Wohnplatz (16762)

Berg, Ehingen (Donau), UL
Boxberg Wohnplatz (3669)
Boxberg, TBB
Bremen, HB
Diez an der Lahn, EMS
Goslar, GS
Halberstadt, HBS
Hohenrechberg Wohnplatz (4847)
Hohenrechberg, Schwäbisch Gmünd, AA
Holland
Köln, K
Landsberg, SK
Magdeburg, MD
Mainz, MZ
Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL
Rot an der Rot BC
Rot an der Rot Gemeinde (17494)
Rothenburg ob der Tauber, AN
Salzburg, Österreich
Speyer, SP
Trier, TR
Worms, WO
Zähringen (Burg) Wüstung (23040)
Zähringen (Burg), Gundelfingen, FR, W